



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

123. Quidam Sacerdos habebat beneficium Curatum cum multis oneribus,
ut Missa, &c. & per multos annos multoties reliquit Horas Canonicas.
Quæsivit à me, an teneatur restituere in integrum omnes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Horis Canonicis, &c. Ref. CXXI. &c. 491

contra Religionem ex omissione recitandi, cuius
fuit causa propter iniquam detentionem Beneficii,
hoc est tantum consequenter, non principaliter, &
censu diversum non confituisse peccatum ex re-
gulis communibus in materia de peccatis, de quibus
Divus Thomas 1. 2. questione 71. articulo 6. &
cum eo communiter Doctores Theologi. Et haec
omnia docet Escobar à Corro de Hor. Canonice q. 3.
§. 42. Ref. 42.

RESOL. CXXI.

Si Beneficiaria, qui partes leues in singulis Ho-
ris omittit, que simul sumptu grauen quantitatem
affluunt, tenetur ad aliquam restituitionem? Ex
p. 11. 5. Ref. 54.

Et si literam in ipsam part. 5. tr. 14. Ref. 47. Sed
hic tantum vna Ref. transcribitur.

A. Falsitatem respondet Faustus de Horis
Canonicis, lib. 2. q. 28. 6, vbi sic ait. Ad
attentionem teneat qui codem die in singulis ho-
ris et in vesiculos omisit, qui tamen simul sumptu vnam
integrar horam efficiunt: & ratio est, quia si
ex haudmodum omisiones continuantur in ordinis ad
grauen eundem, ita eriam in ordine ad restitutio-

nem. Sicille.

1. Vnde negatius sententiam ex neotericis
tenet expeditus Calixtus Palauostom. 2. tract. 7. dispu. 2.
extra in p. 21. num. 6. quia, ait ille, si pro qualibet ho-
ri quak. ex hoc difficultum praeceptum latum est, tunc omis-
sio & fones non coniunguntur cum omissione in Officio
alterius dicitur. Sed adhuc admissi vniuersitate prae-
ceptum pro integro officio dici, credo nullam esse prae-
ceptum, quia ita est unum praeceptum, ut
virtualiter multiplex sit, & obligatio restituitionis
singulis horis est adnexa. Vnde si qualibet hora per
se sumpta nullam inducere obligationem restituendi,
neque illam inducat, quatenus vnicum quad-
dam Officium constituit. Officium namque indu-
cere non poterat obligationem restituendi, nisi par-
tis illius Officij duifim inducerent. Ita Palauos qui
cit Monetam & Filiacum. Vnde puto vtramque
sententiam probabilem esse, sed ego magis negati-
ve adhuc.

RESOL. CXXII.

Petrus Beneficiarius in quadam Civitate huius Re-
gionis per spatium septem annorum recitauit offi-
cium sine debita attentione, & hoc voluntarie.
Quæcumq. à me sunt, an tenetur ad restituitionem
fructuum, qui vincias sexcentas superabam? Ex
p. 11. 12. Ref. 1.

R. Elinquendo illam questionem, an recitans
Officium voluntarie distractus satisfaciat
præceptio, circa præsentem difficultatem, quod
affirmative respondent communiter DD. Homobono
ex exam. Eccl. part. 1. tract. 4. cap. 5. quest. 40.
Gauatus in commen. Rubr. Missal. tom. 1. sect. 1.
cap. 6. num. 4. Nauart. cap. 20. de oratione, num. 32.
Graffius doctis. aux. part. 1. lib. 2. cap. 51. numero 7.
Petrus à Nauarre. lib. 2. capite 2. numer. 240. & seq.
Vegia in summa, tom. 1. cap. 128. cap. 20. Suarez
in 3. part. tom. 5. disputatione 4. sect. 2. num. 26. & de
Religione, tom. 2. lib. 4. capite 26. num. 26. Rodriguez
tom. 1. cap. 143. num. 1. Moneta de distributione
part. 2. quest. 1. num. 20. Lorca in part. 2. tom. 2. di-
p. 16. de legib. membr. 2. ad 5. Salas de legib. di-
Tom. III.

spusat. 9. sect. 1. num. 24. Squillante de obligationibus
Clericorum, part. 1. dubit. 21. num. 42. Fernandez in
suo exam. Theolog. moral. part. 3. cap. 13. §. 8. Raphaël
de la Torre in part. 3. tom. 1. contr. 9. de Horis Cano-
nicis. Vasquez opus de beneficio, cap. 4. §. 1. dub. 4.
num. 104. & alij quos citat, & sequitur Barbosa in
collect. tom. 1. lib. 3. tit. 4. cap. 9. num. 20. & Sylvius in
2. 2. quest. 83. art. 3. conclus. 4. Et ratio est: nam, cum
attentione sit modus substantialis, non satisfacit quis
præcepto Ecclesiæ, sine attentione recitando, &
id est non dicuntur recitasse, qui sic recitat; & sic contra
eum habet locum pena restituitionis, imposta
contra non recitantes.

2. Tamen, quia contraria opinionem censeo
probabilem esse cum Lessio lib. 2. cap. 37. dub. 11.
num. 68. & Aztorius part. 1. lib. 10. cap. 13. questione 8.
non imponit onus dicti beneficiarii restituendi. Et
ita hanc sententiam absolutè amplexi sunt, ex
neotericis Episcopus Antuerpiensis, Iohannes Mal-
derus in 2. 2. tractat. 10. cap. 2. dub. 4. & Paulus de
Layman in Theol. moral. lib. 4. tractat. 1. cap. 5.
num. 10. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 16.
Medina Cod. de orat. quest. 16. Corduba in questione
lib. 4. quest. 13. Henricus lib. 9. cap. 2. num. 5. & Ca-
stus de lege pœn. lib. 2. cap. 5. Probatur haec opinio
nam, secundum Cafetanum, præceptum dicendi
Horas distinctum est à præcepto dicendi eas cum at-
tentione: nam præceptum dicendi eas, simpliciter
prius fuit latum; postea vero in cap. dolentes, fuit
impositum præceptum de attentione. Vnde, qui di-
cit Horas sine attentione, satisfacit præcepto primo
de dicendi Horis; non autem secundo, de dicendis
cum attentione. Sed, cum restitutio fructuum sit
pena contra beneficiarios omittentes diuinum Offi-
cium; ille, qui voluntarie distrahitur recitando offi-
cium, illud non prætermitit, licet male recitet.
Ergo non tenebitur restituere. Salva semper, &c.

RESOL. CXXIII.

Quidam Sacerdos habebat beneficium curatum cum
multis oneribus, ut Missas, &c. & per multas
annos multoties reliquit Horas Canonicas; Quæsi-
uit à me, an teneatur restituere in integrum omnes
fructus, interim præceptos?

Et in textu huius Resolutionis doceatur, quid Episco-
pus, Parochus, Canonicus, vel Beneficiarius
teneatur restituere pro omissione in recitatione Offi-
cij Diuinij cuiuslibet diei.

Et an se contingat, Canonicum Caconicatus gros-
sum prius, vel absolute lucrari antequam officium
diuinum omittat, nihil eius debere restituere? Ex
p. 2. tr. 12. Ref. 5.

3.1. Sciebam, à quadam Theologo responsum
affirmativum habuisse, & probabiliter:
nam ita tenent Mader in 2. 2. tractat. 10. cap. 2.
dub. 4. Lorca in part. 2. tom. 2. dispu. 24. de legib.
membr. 1. vers. in iure canonico. Suarez de re-
lig. tom. 2. lib. 4. cap. 30. num. 4. Vasquez in part. 2.
tom. 2. dispu. 168. num. 34. & 35. Azorius part. 1.
lib. 10. cap. 14. quest. 5. Petrus à Nauarre lib. 2. cap. 2.
num. 217. Valentia tom. 3. dispu. 6. quest. 2. punct. 10.
Squillante de oblig. Cler part. 1. quest. 1. n. 66. & alij
Ratio est: quia in Concilio Lateranensi ultimo, sub
Leone X. sess. 9. §. statuimus, & in Conf. 138. Pij V.
decernitur, ut nemo beneficium curatum, aut sim-
plex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consecu-
tione, sine legitimo impedimentoo Officij diuinum re-
cite omiserit, pro tempore, quo non recitauit, fructus
suos faciat; imò eos impeditre, tanquam rem iniuste

T. captam;

Sup. hoc in capum, in fabricam Ecclesiae, aut elemosynas pauperum teneatur. Super quas Pontificias Constitutiones residendi sunt, Nauar. in *Mannali*, c. 25. n. 122. Summa Corona p. 1. c. 1. n. 9. Fuchus de *visitacione*, lib. 2. c. 20. n. 22. M. Ant. Cuculus in *infis.* lib. 5. n. 7. n. 39. & Gigas de *pensionibus*. q. 50.

2. At ego contrarium sententiam, tanquam probabilem, ei, si illam sequi vellet, demonstravi. Nam Sylvius in 2. 2. q. 8. art. 13. concl. 4. Homobonus in exam. Eccle. p. 1. tract. 4. c. 5. q. 42. Molanus in *summa*, tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 26. Fernandez in *suo exam. Theol.* p. 3. c. 13. §. 8. n. 2. Henr. lib. 13. c. 13. n. 2. Toletus lib. 2. c. 12. n. 2. Sotus lib. 10. q. 5. art. 6. Aragonius 2. 2. q. 8. art. 13. Medina lib. 1. c. 14. §. 11. Petrus de Ledesma in *summa*, tom. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 11. Raphaël Torres in 2. 2. tom. 1. questi. 8. de *Horis Canonici*, confr. 9. num. 40. & Lessius lib. 2. cap. 34. num. 77. afferunt, cum, qui habet beneficium curatum, non teneri restituere, nisi partem correspondente obligationi recitandi Horas: Sup. hoc & vt, verbi gratia, Parochus, & Episcopus quintam seqq. deputati, ratione tituli & onerum, retineant, Canonicus quartam partem restituit; alij beneficiarij tertiam. Hac pro Beneficiariis lege infra doctrinam §. pen. & vt. Resol. 139.

Sup. hoc & vt, verbi gratia, Parochus, & Episcopus quintam seqq. deputati, ratione tituli & onerum, retineant, Canonicus quartam partem restituit; alij beneficiarij tertiam. Hac pro Beneficiariis lege infra doctrinam §. pen. & vt. Resol. 139.

Etiam pauperum alterius loci, in quo non est suum beneficium, & intelligitur etiam ipsi beneficiarii si sit pauper, & id non fiat in occasione non recitandi, & eius mater, fratres, aut forores, non solum si sint mendici, sed etiam si necessarii ad decentiam personae, & status careant, quales sunt multi nobilis. Ita Faustus de *Horis Canon.* lib. 2. q. 28. & Villalob. in sum. tom. 1. tract. 2. 4. dub. 17. n. 9. Fernandez in *exam. Theol.* part. 3. c. 12. §. 8. n. 3. & alij.

3. Hac etiam restitu ti potest fieri Missis, & aliis suffragiis in utilitate defunctorum; nam ipsi sunt etiam iudicantes. Ita Filliuccius tom. 2. tract. 2. c. 10. n. 325. qui citat Suarez, & alios.

RESOL. CXXIV.

Beneficiarius omittens recitationem Horarum quomodo debeat fructus restituere sequid pro toto officio; & quid pro singulis Horis Canonici?

Idem adiungitur de Episcopo, Canonicis, & Parocho. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 111.

Sup. contento in hæc Res. lego doctrinam Resol. precedentes per totam, & signanter à medio §. 2. & pro beneficiariis vide infra doctrinam §. pen. & vt. Resol. 139.

Circa hoc in Bulla particulari anni 1561. Cita disponit Pius V. quod qui per unum diem totum Officium omiscerit, tenetur restituere omnes fructus illius diei; qui Matutinum tantum omiscerit, dimidiam partem, qui reliquias omnes horas, alteram dimidiam, qui harum singulas, v.g. Laudes, vel Primam, vel Tertiam, Sextam, aut Nonam, sextam partem fructuum illi dici respondentium; sed hæc Bulla cum tanto rigore accepta non videatur, ait Henrquez cap. 13. de excommunicatione, num. 2. in glossa l. 2. vbi refert praxim cum lapidatum confilio hunc rigorem ita moderare, vt Parochus & Episcopus quintam partem fructuum pro rata iuxta decisionem supradictam restituant, reliquias partes quatuor ratione tituli & onerum retineant, Canonicus quartam partem restitut, alij verò simplices beneficiarij tertiam similiter habentes praestitutions, & pensiones Ecclesiasticas. Verum hæc moderatio, vt alibi adnotauit, videtur Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 22. num. 177. nimis laxa, præsertim in Canonicis & alii, qui non habent aliud onus, quam precum, vnde eam limitat ad alios beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum propor-

tionem. At his non obstantibus Agidius de Tulench in *exposito*. Bull. Crucifera, lib. 3. cap. 2. num. 3. putat opinionem supradictam Henrquez esse turam & probabilem; ego vero in hac questione de meo nihil dicam, & nihil ponam, solum referre volui quod alij dixerunt.

RESOL. CXXV.

Cui facienda sit restitutio ex omissione Horarum Canoniarum? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 27.

§. 1. Respondeo, faciendam esse fabrica bene. Sup. hoc scilicet, vel pauperibus, vt patet ex Bulla Pij V. & ex Doctoribus communiter; sub nomine vero fabrica continetur non solum propria Ecclesia beneficij, sed fabrica domus beneficij, in qua beneficiarii habitat, vel alterius domus ipsius beneficij, vel utilitas in emendis, vel meliorandis agris, vel fructus in perpetuum augentur. Ita Suarez de Reg. tom. 2. lib. 4. c. 30. n. 19. & alij.

2. Sub nomine vero pauperum intelligentur etiam pauperes alterius loci, in quo non est suum beneficium, & intelligitur etiam ipsi beneficiarii si sit pauper, & id non fiat in occasione non recitandi, & eius mater, fratres, aut forores, non solum si sint mendici, sed etiam si necessarii ad decentiam personae, & status careant, quales sunt multi nobilis. Ita Faustus de *Horis Canon.* lib. 2. q. 28. & Villalob. in sum. tom. 1. tract. 2. 4. dub. 17. n. 9. Fernandez in *exam. Theol.* part. 3. c. 12. §. 8. n. 3. & alij.

3. Hac etiam restitu ti potest fieri Missis, & aliis suffragiis in utilitate defunctorum; nam ipsi sunt etiam iudicantes. Ita Filliuccius tom. 2. tract. 2. c. 10. n. 325. qui citat Suarez, & alios.

RESOL. CXXIV.

An Beneficiarius, qui omisit Horas Canonicas, liberetur à restituzione fructuum propter elemosinas pauperibus largias, non tamen hoc instituit?

Et quid est dicendum de aliis debitibus, an contrarium sit sentiendum: Ex part. 3. tractat. 6. & Misc. Resol. 17.

§. 1. Hoc casu mihi contingit, & ab onere restituendis consulente liberavi, nixus auctoritate Pauli Layman in *Theol. mor.* lib. 3. scilicet tract. 2. c. 12. n. 9. vbi sic ait. Quando obligatio restituendi, puta pauperibus, ex iure Ecclesiastico tantum promanat, arbitrari probabiliter dici possit elemosinas, quæ cum tali obligatione, quanvis figura, non animo satisficiendi facta sunt, tamen ad eas non extingendas prodesse posse. Exempli causa. Venit Canonicus ad confessionem, qui toto anno in officium recitare neglexit, & ideo in pias caulas 300. aureos restituere debet, tali obligatione à confessori illi significata, responder, se quamvis huius obligationis immemorem, his ipsis diebus statuam argenteam Ecclesie aliqui donasse, rursum 300. aut amplius aureis estimetur, puto prima quod Confessorius contentus esse possit. Tum, quia non desunt Doctores qui ita sentiunt; tum, quia videatur esse virtualis intentio omnium dannatum elemosynas, satisfaciendi per eas omnibus obligationibus quas suis peccatis, aut negligentiis contrarerunt; tum denique quia leges Ecclesiastica benigne explicari debent. Ita Layman, & ego.

2. Notandum